# LITANIAE SANCTORVM CVM HYMNIS, PRECIBVS, ET ORATIONIBVS PRO NECESſitate temporis, & deuotione fidelium. Additæ ſunt Litaniæ Deiparæ Virginis in æde Lauretana dici ſolitæ.

*Labore, & induſtria Petri CrasbeecK Typographi Oliſsiponenſis collecta.*

*Cum facultate S. Inquiſitionis.*

---

Vliſipone ex officina Petri CrasbeecK,
ANNO 1619.

*Toda eſta obra he pia, & conforme a noſſa Sancta Fee, & doctrina dos Sãctos. Neſta caſa de S. Roque da Companhia de Ieſu. Em 9. de Nouembro de 1618.*

Pedro de Nouais.

Podeſe imprimir.

*O Biſpo Inquiſidor Gèral.*

Podeſe imprimir eſta doctrina. Lisboa aos 10. de Dezembro de 618.

*Damião Viegas.*

## LICENC, Polo[illegible]

*DAM licença ao ſupplicante para poder mandar imprimir as Ladainhas, & orações conteudas neſte quaderno, viſto a que tem do Sancto officio, & do Ordinario: depois de impreſſas tornarà a eſta meſa para ſe tàxar, & ſem iſſo não correrà. Em Lisboa a 12. de Dezembro de 618.*

Aluaro Perez Monis.

L. Machado.

---

Táxam eſtas Ladainhas, & orações em reis em papel Lisboa a 2. de Ianeiro de 619.

*L. Machado.*

LI-

# LITANIÆ SANCTORVM.



Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.

Pater de cœlis Deus. Miſerere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus. Miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus. Miſerere.
Sancta Trinitas vnus Deus. Miſerere nobis.
Sancta Maria. Ora pro nobis.
Sancta Dei genetrix ora.
Sancta Virgo virginum. ora.
Sancte Michael. ora.
Sancte Gabriel. ora.
Sancte Raphael. ora.
Omnes ſancti Angeli, & Archangeli. orate pro nobis.
Omnes ſancti beatorum ſpirituum ordines. orate pro nobis.
Sancte Ioannes Baptiſta. ora.
Omnes ſancti Patriarchæ, & Prophetæ. orate pro nobis.
Sancte Petre. ora.

Sanct

Sancte Paule. ora pro nobis.
Sancte Andrea. ora pao nobis
Sancte Iacobe. ora pro nobis.
Sancte Ioannes. ora pro nobis.
Sancte Thoma. ora pro nobis.
Sancte Iacobe. ora pro nobis.
Sancte Philippe. ora pro nobis.
Sācte Bartholomæe. ora pro nob:
Sancte Matthæe. ora pro nobis.
Sancte Simon. ora pro nobis.
Sancte Thadæe. ora pro nobis.
Sancte Matthia: ora pro nobis.
Sancte Barnaba. ora pro nobis.
Sancte Luca. ora pro nobis.
Sancte Marce. ora pro nobis.
Omnes Sancti Apoſtoli, & Euangeliſtæ. orate pro nobis.
Omnes Sancti Diſcipuli Domini. orate pro nobis.

Omnes ſancti Innocentes. orate.
Sancte Stephane. ora.
Sancte Laurenti. ora,
Sancte Vincenti. ora.
Sãcti Fabiane,& Sebaſtiane. orate.
Sancti Ioannes & Paule. orate.
Sancti Coſma & Damiane. orate.
Sancti Geruaſi & Protaſi. orate.
Omnes ſancti Martyres. orate.
Sancte Sylueſter. ora:
Sancte Gregori. ora.
Sancte Ambroſi. ora.
Sancte Auguſtine. ora.
Sancte Hieroyme. ora.
SancteMartine. ora.
Sancte Nicolae ora.
Omnes Sãcti Põtif. &Cõfeſ. orate.
Omns Sancti Doctores. orate.
San cte Antoni. ora.

Sancte Benedicte. ora.
Sancte Bernarde. ora.
Sancte Dominice. ora.
Sancte Franciſce. ora.
Omnes Sancti Sacerdotes & Leuitæ. orate.
Omnes Sancti Monachi, & Eremitæ. orate.
Sancta Maria Magdalena. ora.
Sancta Agatha. ora.
Sancta Lucia. ora.
Sancta Agnes. ora.
Sancta Cæcilia. ora.
Sancta Catharina. ora.
Sancta Anaſtaſia. ora.
Omnes Sãctæ Virg. & viduæ. orate.
Omnes Sancti, & Sanctæ Dei. Intercedite pro nobis.
Propitius eſto. Parce nobis Dñe.

Pro-

Propitius eſto. Exaudi nos Dñe.
Ab omni malo Libera nos Dñe.
Ab omni peccato. Libera.
Ab ira tua. Libera.
A ſubitanea, & improuiſa morte. Libera nos Domine.
Ab inſidiis diaboli. Libera.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate. Libera.
A ſpiritu Fornicationis. Libera.
A fulgure, & tempeſtate. Libera.
A morte perpetua. Libera.
Per myſterium ſanctæ Incarnationis tuæ. Libera.
Per aduentum tuum. Libera.
Per natiuitatem tuam. Libera.
Per baptiſmum, & ſanctum jejunium tuum. Libera.
Per crucẽ & paſsionẽ tuã. Lib.

Per mortẽ,& ſepulturã tuã. Lib.
Per ſanctam Reſurrectionem tuã.
Libera nos Domine.
Per admirabilem Aſcenſionẽ tuam
Libera nos Domine.
Per aduentum Spiritus Sancti paracliti Libera.
In die iudicij. Libera.
Peccatores, Te rogamus audi nos
Vt nobis parcas. Te rogamus.
Vt nobis indulgeas, Te rogamus.
Vt ad veram pęnitentiam nos perducere digneris. Te rogam.
Vt Eccleſiam tuam ſanctam regere, & conſeruare digneris. Te rogamus audi nos.
Vt domnum Apoſtolicum, & omnes Eccleſiaſticos ordines in Sãcta Religione cõſeruare digneris
Te ro-

Te rogamus audi nos.

Vt inimicos ſanctæ Eccleſiæ humiliare digneris. Te rogamus.

Vt Regibus, & Principibus Chriſtianis pacem, & veram concordiam donare digneris. Te rogamus audi nos.

Vt cuncto populo Chriſtiano pacem, & vnitatem largiri digneris. Te rogamus.

Vt nos metipſos in tuo ſancto ſeruitio confortare, & conſeruare digneris. Te rogamus.

Vt mentes noſtras ad cœleſtia deſideria erigias. Te rogamus.

Vt omnibus benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribuas. Te rogamus audi nos.

Vt animas noſtras fratrum, & propin-

pinquorum, & benefactorũ noſtrorum ab æterna damnatione eripias. Te rogamus.

Vt fructus terræ dare, & conſeruare digneris. Te rogamus.

Vt omnibus fidelibus defunctis Requiem æternam donare digneris. Te rogamus audi nos.

Vt nos exaudire digneris. Te rogamus audi nos.

Fili Dei. Te rogamus.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.

Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.

Kyrie

Kyrie eleiſon.
Pater noſter. Secreto.
℣. Et ne nos inducas in tentatio-nem.
℟. Sed libera nos a malo.

## *Pſalm. 69.*

DEus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuãdum me feſtina.
Confundantur, & reuereãtur: qui quærunt animam meam.
Auertantur retrorſum, & erubeſcant: qui volunt mihi mala.
Auertantur ſtatim erubeſcentes: qui dicunt mihi Euge euge.
Exultent, & lætentur in te omnes qui quærunt te: & dicant ſemper magni-

magnificetur Dominus, qui diligunt ſalutare tuum.

Ego vero egenus,& pauper ſum: Deus adiuua me.

Adiutor meus,& liberator meus es tu: Domine ne moreris.

Gloria Patri, &c. Sicut erat.&c.

℣. Saluos fac ſeruos tuos.

℟. Deus meus ſperantes in te.

℣. Eſto nobis Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimic⁹ in nobis.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

℣. Domine non ſecundum peccata noſtra facias nobis.

℟. Neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis.

℣. Ore.

℣.Oremus pro Pontifice noſtro N.
℟.Domin⁹ cõſeruet eũ & viuificet eum,&beatum faciat eum in terra,& nõ tradat eum in animam inimicorum eius.
℣.Orem⁹ pro benefactoribus noſtris
℟.Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona faciẽtibus propter nomen tuum vitam æternam amen.
℣.Oremus pro fidelibus defunctis.
℟.Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.
℣.Requieſcant in pace.
℟.Amen.
℣.Pro fratribus noſtris abſentibus.
℟.Saluos fac ſeruos tuos De⁹ meus ſperantes in te.
℣.Mitte eis Domine auxiliũ de ſãcto

℟.Et

℟. Et de Sion tuere eos.
℣. Domine exaudi orationẽ meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

*Oremus. Oratio.*

DEus cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere: ſuſcipe deprecationem noſtram: vt nos, & omnes famulos tuos quos delictorũ catena conſtringit miſeratio tuæ pietatis clementer abſoluat.

EXaudi quæſumus Domine ſupplicũ preces, & confitentiũ tibi parce peccatis, vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, & pacem.

INeffabilem nobis Domine miſericor-

ricordiam tuam clementer oſten-de:vt ſimul nos,& à peccatis omnibus eruas, & a pœnis quas pro his meremur eripias.

DEus qui culpa offenderis pœnitentia placaris preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice:& flagella tuæ iracūdiæ quæ pro peccatis noſtris meremur auerte.

OMnipotens ſempiterne Deus miſerere famulo tuo Pontifici noſtro N. & dirige eum ſecundum tuam clementiam in viam ſalutis æternæ:vt te donāte tibi placita cupiat,& tota virtute perficiat.

DEus a quo ſancta deſideria recta conſilia, & juſta ſunt opera da ſeruis tuis illam quam mundus dare nō poteſt pacē: vt & corda

noſtra mandatis tuis dedita, & hoſtiŭ ſublata formidine tempore ſint tua protectione tranquilla.

VRe igne Sancti ſpiritus renes noſtros, & cor noſtrum, Domine: vt tibi caſto corpore ſeruiamus, & mundo corde placeamus.

FIdelium, Deus omnium conditor, & Redĕptor animabus famulorum famularum quæ tuarum remiſsionem cunctorũ tribue peccatorum, vt indulgentiam quam ſemper optauerũt piis ſupplicationibus conſequantur.

ACtiones noſtras quæſumus Domine, aſpirando præueni, & adiuuando proſequere, vt cũcta noſtra oratio, & operatio, á te ſemper incipiat, & per te cæpta finiatur.

OMnipotens ſempiterne Deus qui viuorũ dominaris, ſimul & mortuorũ, omnium quæ miſereris quos tuos fide, & opere futuros eſſe prænoſcis, te ſupplices exoramus, vt pro quibus effundere preces decreuimus, quoſque, vel præſens ſæculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore ſuſcepit, intercedentibus omnibus ſanctis tuis pietatis tuæ clemẽtia omnium delictorum ſuorũ veniam conſequantur. Per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Exaudiat nos omnipotens, & miſericors Dominus.

℟. Amen.

℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace.
℟. Amen.

---

*Sequuntur orationes pro neceſsitate temporis.*

Pro Nauigantibus.

*Oratio.*

DEus qui tranſtuliſti patres noſtros per mare Rubrum, & trāſuexiſti eos per aquam nimiam laudem tui nominis decantātes te ſupplic iter deprecamur, vt in naui famulos tuos repulſis aduerſitatibus portu ſemper optabili curſu quæ tranquillo tuearis. Per Chriſtum

Dominum noſtrum. ℟. Amen.

## *Pro ſerenitate.*

AD te nos Domine clamantes exaudi, & aeris ſerenitatẽ nobis, tribue ſupplicãtibus, vt qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur, miſericordia tua præueniente clementiam ſentiamur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

## *A pluuiam petendam.*

### *Oratio.*

DEus in quo viuimus mouemur, & ſumus, pluuiam nobis tribue congruentem, vt præſentibus ſubſidiis ſufficienter adiuti, ſẽpiterna fiducialius appetamus. Per

Per Chriſtum Dominum noſtrũ. ℟. Amen.

## *Contra paganos.*

### *Oratio.*

OMnipotens ſempiterne Deus in cuius manu ſunt omnium poteſtates, & omnium iura Regnorum reſpice in auxilium Chriſtianorum, vt gentes paganorum, quæ in ſua feritate cõfidunt dexteræ tuæ potentia conterantur. Per Chriſtũ Dominum noſtrum. ℟. Amen.

## *Pro infirmis.*

DEus infirmitatis humanæ ſingulare præſidium, auxilij tui ſuper infirmos famulos tuos oſtẽde

virtutem, vt ope miſericordiæ tuæ adiuti Eccleſiæ tuæ ſanctæ incolumes repræſentari mereantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.
℟. Amen.

### *Pro quacumq; neceſsitate.*

### *Oratio.*

DEus refugiũ noſtrũ, & virtus: adeſto pijs Eccleſiæ tuæ precibus, author ipſe pietatis, & preſta, vt quod fideliter petimus efficaciter conſequamur. Per Chriſtũ Dominum noſtrum. ℟. Amen.

### *Pro in captiuitate poſito.*

### *Oratio.*

Deus

DEus qui beatum Petrum Apoſtolum vinculis abſolutum illæſum abire feciſti famuli tui in captiuitate poſiti vincula abſolue, & eum ipſius meritis illæſum abire concede. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

## *Pro mortalitate hominum.*

*Oremus.*

DEus qui non mortem ſed pœnitentiam deſideras peccatorum populum tuum quęſumus ad te conuerte propitius, vt dum tibi deuotus exiſtit iracũdiæ tuæ ab eo flagella amoueas. Per Chriſtum Dominum noſtrum.
℟. Amen.

Con-

## *Contra peſtilentiam.*

### *Oratio.*

DA nobis quæſumus Domine piæ ſupplicationis effectũ, & peſtilentiam propitius auerte, vt mortalium corda cognoſcant te indignante talia flagella prodire, & te miſerante ceſſare. Per Chriſtũ Dominum noſtrum. ℟. Amen.

## *Commemoratio Beati Sebaſtiani.*

O Beate Sebaſtiane magna fuit fides tua, intercede pro nobis ad Dominum, vt â peſte, & epidimia hoc tempore regnante, & ab omni periculo mentis, & corporis libere-

liberemur.

℣. Ora pro nobis Beate Sebaſtiane.

℟. Vt digni efficiamur promiſsionibus Chriſti.

## *Oremus.*

DEus qui Beatum Sebaſtianũ Martyrem tuum virtute cõſtantiæ in paſsione roboraſti ex eius nobis imitatione tribue pro amore tuo proſpera mundi deſpicere, & nulla eius aduerſa formidare, & â morte peſtilentiæ, & æterna liberari. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

## *Tempori belli.*

OMnipotẽs, & miſericors Deus à bel-

à bellorum nos quæſumns turbine fac quietos:quia nobis bona cũcta præſtabis, ſi pacem dederis mentis, & corporis. Per Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum &c.

*Pro quacunq; neceſsitate Eccleſiæ.*

DEus qui errata corrigis,& diſperſa congregas, & congregata conſeruas quæſumus : ſuper populum Chriſtianum tuæ vnionis gratiam clementer infunde : vt diuiſione reiecta, veró paſtori Eccleſię tuę ſe vniens , tibi digne valeat famulari. Per Dominũ noſtrũ,&c.

*Pro Rege.*

QVæſumus omnipotens Deus, vt famulus tuus N. rex noſter

ter qui tua miſeratione ſuſcepit Regni gubernacula, virtutum etiã omnium percipiat incremẽta: quibus decenter ornatus, & vitiorum monſtra deuitare, & ad te qui via, veritas,& vita es, gratioſus valeat peruenire. Per Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum. &c.

# LITANIAE DE D. VIRGINE IN ÆDE LORETANA dici ſolitæ.



Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.

Pater de cœlis Deus. Miſerere nobis.

nobis.
Fili Redemptor mundi Deus. Miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus. Miſerere. nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus. Miſerere nobis.
Sancta Maria. Ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix ora.
Sancta Virgo virginum. ora.
Mater Chriſti. ora pro nobis.
Mater diuinæ gratiæ. ora.
Mater puriſsima. ora pro nobis
Mater caſtiſsima. ora pro nobis
Mater inuiolata. ora pro nobis
Mater intemerata. ora pro nobis
Mater amabilis. ora pro nobis
Mater admirabilis. ora pro nobis
Mater creatoris. ora pro nobis
Mater

Mater Saluatoris ora.
Virgo prudentiſsima ora.
Virgo veneranda ora.
Virgo predicanda ora.
Virgo potens ora.
Virgo clemens ora.
Virgo fidelis ora.
Speculum iuſtitiæ ora.
Sedes ſapientiæ ora.
Cauſa noſtræ lætitiæ ora.
Vas ſpirituale ora.
Vas honorabile ora.
Vas inſigne deuotionis ora.
Roſa myſtica ora.
Turris Dauidica ora.
Turris eburnea ora.
Domus aurea ora.
Fœderis arca ora.
Ianua Cœli ora.

Stella matutina. ora pro nobis
Salus infirmorum. ora pro nobis
Refugium peccatorum. ora.
Conſolatrix afflictorum. ora.
Auxilium Chriſtianorum. ora.
Regina Angelorum. ora.
Regina Patriarcharum. ora.
Regina Prophetarum. ora.
Regina Apoſtolorum. ora.
Regina Martyrum. ora.
Regina Confeſſorum. ora.
Regina Virginum. ora.
Regina Sanctorum omnium. ora.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.

Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Pater noſter.
℣. Et ne nos inducas in tentationem
℞. Sed libera nos a malo.
℣. Domine exaudi oratioñe meam.
℞. Et clamor meus ad te veniat.

*Oratio.*

GRatiam tuam quæſumus Domine, mentibus noſtris infunde, vt qui Angelo nunciãte Chriſti Filij tui Incarnationem cognouimus, per paſsionem eius, & Crucẽ, ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eũdem Chriſtum Dominum noſtrum. ℞. Amen.

AVe maris ſtella,
Dei mater alma.
Atque ſemper Virgo,
Fœlix cœli porta.
Sumens illud Aue,
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Euæ nomen.
℣. Solue vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala noſtra pelle,
Bona cuncta poſce,
℟. Monſtra te eſſe matrem:
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit eſſe tuus.
℣. Virgo ſingularis
Inter omnes mitis,
Nos culpis ſolutos,

Mites fac & caſtos.
℟. Vitam præſta puram
Iter para tutum
Vt videntes Ieſum
Semper collætemur.
℣. Sit laus Deo Patri,
Summo Chriſto decus,
Spiritu Sancto.
Tribus honor vnus.
℟. Amen.

*Aña.*

SVb tuum præſidium confugimus ſancta Dei genetrix noſtras deprecationes ne deſpicias in neceſſitatibus ſed a periculis cunctis libera nos ſemper Virgo glorioſa, & benedicta.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei genitrix

trix.

℟. Vt digni efficiamur promiſsionibus Chriſti.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

*Oremus. Oratio.*

DEfende quæſumus Domine Beata Maria ſemper Virgine intercedente iſtam ab omni aduerſitate familiam, & toto corde tibi poſtratam ab hoſtiũ propitius tuere clementer inſidijs. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

*Hymnus Sancti Spiritus.*

℣. VEni creator Spiritus
Mentes tuorum viſita

Imple ſuperna grat..
Quæ tu creaſti pectora.
℟. Qui Paraclitus diceris,
Donum Dei altiſsimi
Fons viuus, ignis, charitas,
Et ſpiritalis vnctio.
℣. Tu ſeptiformis munere,
Dexteræ Dei tu digitus,
Tu rite promiſſum patris
Sermone ditans guttura,
℟. Accende lumen ſenſibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma noſtri corporis
Virtute firmans perpeti.
℣. Hoſtem repellas longius,
Pacem que dones pro tinus,
Ductores ſic te præuio
Vitemus omne noxium.
℟. Per te ſciamus da patrem,

Noſ-

Noſcamus atque filium:
Te vtriuſque ſpiritum
Credamus omni tempore.
℣. Gloria Patri Domino,
Nato que, qui à mortuis,
Surrexit, ac paraclito,
In ſeculorum ſecula.
℟. Amen.
℣. Repleti ſunt omnes ſpiritu Santo.
℟. Et Cæperunt loqui.

*Oremus.*

DEus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere. Per Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, qui tecũ viuit, & regnat, in vnitate eiuſdem Spiritus Sancti. Amen ANTE

# ANTE COMMV-
# nionem Apologia.

*IMpellit miniſtrandi officium hoſtia ſalutaris pro populi delicto: terret conſcientia indebiti ſacerdotij pro reatu. Si à me omnium ſacerdotum peripſema ſacrificium offeratur, pollutæ conſcientiæ crimen augetur. Si tamen tuæ maieſtati vniuerſæ carnis iudici nõ offertur, negligentiæ reatus conſcribitur. Inter hæc tuæ omnipotens libramen pietatis imploro, cuius vltionis diem accuſante conſcientia per timeſco. Ne indignum (quæſo) miſericordia tua iudices, quem à tempore pœnitentiæ non excludis. Suſpende ſecurim, donec cultor vineæ admoueat cophinum ſtercoris infructuoſæ arboris ad radicem. Parce mihi Domine Clementiſsime pœnitenti, qui Dauid poſt lapſum clementer ad veniam reuocaſti: qui Petri miſericors amare flentis lachrymas reſpexiſti: qui latronem in patibulo tanti facinoris reum diuina gratia illuſtraſti. Cui mox obtinuit confeſsio perſpicua Dei filium, & fides præmium*

*pæna*

*pęna veniam: lamenta gaudia ſempiterna: dum confeſſor in cruce poſſeſſor extitit paradiſi poſt crucem: ſed quia verba venia tuæ pietatis indigent, quæ indigni ſacerdotis opera non comendant: ſaltem aſtantium vota ſuſcipe, vt & mihi eorum apud te precibus veniã, & ſuis meritis ſacrificia noſtrorum vulnerum ſalubriter nobis conferant medicinam. Et quia omnipotens pro omnibus factus es hoſtia pro peccatis adſis nobis ſanctificatio in ſacrificio pro delictis, Chriſte ſaluator mundi, qui cum æterno patre, & cum Spiritu ſancto viuis, & regnas Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum.*

*Amen.*

Conſiderationes:

# Ex libro Sacerdotali in præparatione Miſſæ. Quæ conſiderationes ſacerdoti celebraturo, ſi digne celebrare intendit, ſint habendæ.

*Intentionis diſcuſſio. Ne*
- Propter vanam gloriã,
- Propter auaritiam,
- Propter verecundiam,
- Propter timorem,
- Propter conſuetudinẽ.

*Celebret.*

*generalis cõtritio, per.*
- Omiſsis, quæ fieri oportuit.
- Commiſsis, quæ fieri non licuit.
- Cõſuetis, è ſæpe cõfeſsis

*Corde, & ore, & opere.*

*Pura, & vera cõfeſsio. Scilicet.*
- Notabilium,
- Communium,
- Ignoratorum.

*Criminũ.*

*Quid intẽdat cõſequi principaliter. An.*
- Augmẽtum dilectionis,
- Inſeparabilitatẽ vnionis
- Accelerationem viſionis.

*Dei.*

Deum

*Quid intẽdat facere in Miſſa An*
Deum per lachrymas placare.
Mortem Chriſti, & charitatem memorare.
Totá Eccleſiá adiuuare.
*Velit.*

*In canone hæc tria ſeruãda ſunt, ſcilicet.*
Diligẽtia ad cõfitendũ,
Reuerentia ad tangẽdũ,
Deuotio ad ſumendum.
*Corpus Chriſti.*

*Quia ſunt ibi.*
Magna ſignis,
Maiora verbis,
Maxima intentione.
*Miſſæ.*

*Propter cõtinentiam tam.*
Excellentis corporis,
Excellentioris animæ,
Excellentiſsimæ diuinitatis.
*Chriſti.*

ACTVS

# ACTVS CONTRI-
tionis.

DOmine Deus meus Trinus, & vnus Creator, & Saluator meus propter te ipſum quia ſume bonus es, & quia te amo, & æſtimo ſuper omnia me toto corde pœnitet te offēdiſſe, & firmiter ſtatuo nūquam amplius te offenſurū, & peto veniam delictorū quæ in te cōmiſi, & id ſpero meritis IESV Chriſti vnici filij tui, & Redemptoris mei.

*Hic actus Contritionis redactus eſt ad id quod præciſè poſtulat Theologia.*

*ET vt maiori deuotione, & feruore fideles illum edant aduertendum eſt*

*nullum*

*nullum eſſe efficacius remedium ad peccatorem ſaluandum, quam actus contritionis ex corde factus, quia in eodem inſtanti quo efficitur maximus omnium peccator in Dei gratiam reconciliatur, & ſi in eodem inſtanti ſine confeſſione moreretur: quia ſcilicet ad confeſſionem nequit accedere, vel defectu confeſſoris ſine dubio ſaluaretur, & hoc certiſsimum eſt, & de fide, & ſi viuit & tali periculo liberatur hac ſola obligatione tenetur accedendi ad confeſſionem tunc cum præceptum omnes obligat. Itaque ad ſuam ſalutem confirmandam quiſque debet pro ſua præcipua deuotione contritionem habere eamq; numquam neque mane, neque veſperi omittere: præcipue vero in periculo vitæ efficax remedium eſt. Non tamen ſufficit quod hic Actus con-*

*tritionis ore tantum proferatur, & quiuis illum ſecum ferat, ſed neceſſe eſt, vt verba interioribus actibus reſpondeant, & vt in corde ſentiat id, quod voce ſignificat, & ſufficit, vt hoc efficiat eodem actu voluntatis, quo vult, aut odit aliquid grauiter, & quantum in ſe eſt.*

---

## MODVS VTILIS SALVTANDI QVINQVE VVLNERA Domini noſtri Ieſu Chriſti.

AD vulnus dextræ manus pete a Deo fortitudinem in rebus proſperis, & dic Pater, & Aue.

Ad vulnus ſiniſtræ manus pete patientiam in aduerſis, & dic Pater, & Aue.

Ad ſiniſtrum pedem pete gratiam

tiam recedédi a malo, & a peccato, occaſionibus peccandi,&c.

Ad dextrum:gratiam progrediendi in bono,&c.

Ad ſacrum latus: pete amorem, & charitatem &c.

In fine, adiunge ſequentem orationem.

Abſorbeat quæſo Domine mentem meam ab omnibus, quæ ſub cœlo ſunt ignita, & melliflua vis amoris tui; vt amore amoris tui moriar, qui amore amoris mei dignatus es mori. Amen.

Quis patitur? Chriſtus, verbum, ſapientia Patris.

Quid patitur?ſentes,verbera,flagra,crucem.

Pro quibus hæc patitur?pro noſtra,

tra, hominumque ſalute.

Cur patitur? ſẽper ne patiatur homo

A quibus hæc patitur? ab amica ſtirpe Iudææ.

Sed quando patitur? quando iuuenta fuit.

Hæc vbi nã patitur? medi telluris in orbe.

Quomodo tanta tulit? proferat ipſe modum.

BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA

*Soli Deo honor & gloria. & B. Virgini.*

LAVS DEO.

| Anno Domini. | Septuageſima | Dies Cinerum | Paſcha | Anno Domini. | Aſcentio | Pentecoſtes | Corpus Chriſti |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1631. | 16. febr. | 5. Mar. | 20. Apr. | 1631. | 29. Maÿ. | 8. Junÿ. | 19. Junÿ. |
| 1632. | 4. feb. | 25. febr. | 11. Apr. | 1632. | 20. Maÿ. | 30. Maÿ. | 10 Junÿ. |
| 1633. | 23. Jan. | 9. Feb. | 27. Mar. | 1633. | 5. Maÿ | 15. Maÿ | 26. Maÿ |
| 1634. | 12. feb. | 1. Mar. | 16. Apr. | 1634 | 25. Maÿ | 4. Junÿ | 15. Junÿ |
| 1635. | 4. feb. | 21. feb. | 8. Apr. | 1635. | 17. Maÿ | 27. Maÿ | 7. Junÿ |
| 1636. | 20. Jan. | 6. feb. | 23. Mar. | 1636. | 1. Maÿ | 11 Maÿ | 22. Maÿ |
| 1637. | 8. feb. | 25. feb. | 12. Apr. | 1637. | 21. Maÿ | 31. Maÿ | 11 Junÿ |
| 1638. | [illegible] Jan. | 17. feb. | 4. Apr. | 1638. | 13. Maÿ | 23. Maÿ | 3. Junÿ |
| 1639. | 20. feb. | 9. Mar. | 24. Apr. | 1639. | 2. Junÿ | 12. Junÿ. | 23. Jun. |
| 1640. | 5. feb. | 22. feb. | 8. Apr. | 1640. | 17. Maÿ. | 27. Maÿ. | 7. Junÿ. |
| 1641. | 27. Jan. | 13. feb. | 31. Mar. | 1641. | 9. Maÿ. | 19. Maÿ | 30. Maÿ |
| 1642. | 16. feb. | 5. Mar. | 20. Apr. | 1642. | 29. Maÿ. | 8. Junÿ. | 19. Junÿ. |
| 1643. | 1. febr. | 18. feb. | 5. Apr. | 1643. | 14. Maÿ | 24. Maÿ. | 4. Junÿ |
| 1644. | 24. Jan. | 10. feb. | 27. Mar. | 1644. | 5. Maÿ | 15. Maÿ | 26. Maÿ |
| 1645. | 12. feb. | 1. Mar. | 16. Apr. | 1645. | 25. Maÿ | 4. Junÿ | 15. Junÿ. |
| 1646 | 28. Jan | 14. feb. | 1. Apr. | 1646 | 10. Maÿ | 20. Maÿ. | 31. Maÿ |
| 1647 | 17. feb. | 6. mar. | 21. Apr. | 1647. | 30. Maÿ | 9. Junÿ | 20. Jun. |
| 1648 | 9. feb. | 26. feb. | 12. Apr. | 1648 | 21. Maÿ | 31. Maÿ | 11. Junÿ. |
| 1649 | 31. Jan. | 17. feb. | 4. Apr. | 1649 | 13. Maÿ | 23. Maÿ | 3. Junÿ. |
| 1650 | 13. feb. | 2. Mar. | 17. Apr. | 1650 | 26. Maÿ | 5. Junÿ. | 16. Jun. |
| 1651 | 5. feb. | 22. feb. | 9. Apr. | 1651 | 18. Maÿ | 28. Maÿ | 8. Junÿ |
| 1652 | 28. feb. | 14. febr. | 31. Mar. | 1652 | 9. Maÿ | 19. Maÿ. | 30. Maÿ |
| 1653 | 9. feb. | 26. feb. | 13. Apr. | 1653 | 22. Maÿ | 1. Junÿ. | 12. Jun. |
| 1654 | 1. feb. | 18. feb. | 5. Apr. | 1654 | 14. Maÿ | 24. Maÿ | 4. Junÿ. |
| [illegible]55 | 24. Jan. | 10. feb. | 28. Mar. | 1655 | 6. Maÿ | 16. Maÿ | 27. Maÿ |

| Anni Domini | Septuagesima | Dies Cinerum | Pascha | Anni Domini | Ascensio | Pentecostes | Corpus Christi |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1656 | 12.feb. | 1.Mar. | 16.Apr | 1656. | 25.Maij | 4.Jun. | 15.Jun |
| 1657 | 28.Jan. | 14.feb. | 1.Apr. | 1657. | 10.May | 20.May | 31.Ma |
| 1658 | 17.feb. | 6.Mar. | 21.Apr | 1658. | 30.Maij | 9.Jun. | 20.Jun |
| 1659. | 9.feb. | 26.feb. | 13.Apr | 1659. | 20.Maij | 1.Jun. | 12.Jun |
| 1660 | 25.Jan. | 11.feb. | 28.Mar. | 1660. | 6.Maij | 16.Maij | 27.Ma |
| 1661 | 13.feb. | 2.Mar. | 17.Apr | 1661 | 26.Maij | 5.Jun. | 16.Jun |
| 1662 | 5.feb. | 22.feb. | 9.Apr. | 1662 | 18.Maij | 28.Maij | 8.Jun |
| 1663 | 21.Jan. | 7.feb. | 25.Mar. | 1663 | 3.Maij | 13.[illegible] | 24.Ma |
| 1664 | 10.feb. | 26.feb. | 13.Apr. | 1664 | 22.Maij | 1.Junij | 12.Jun |
| 1665 | 1.feb. | 18.feb. | 5.Apr. | 1665 | 14.Maij | 24.Maij | 4.Jun |
| 1666 | 25.feb. | 10.Mar. | 25.Apr. | 1666 | 3.Jun. | 13.Junij | 24.Jun |
| 1667 | 6.feb. | 23.feb. | 16.Apr. | 1667 | 19.Maij | 29.Maij | 9.Junij |
| 1668 | | | | 1668 | | | |
| 1669 | | | | 1669 | | | |
| 1670 | | | | 1670 | | | |
| 1671 | | | | 1671 | | | |
| 1672 | | | | 1672 | | | |
| 1673 | | | | 1673 | | | |
| 1674 | | | | 1674 | | | |
| 1675 | | | | 1675 | | | |
| 1676 | | | | 1676 | | | |
| 1677 | | | | 1677 | | | |
| 1678 | | | | 1678 | | | |
| 1679 | | | | 1679 | | | |
| 1680 | | | | 1680 | | | |

| | |
|---|---|
| 1631 | literæ |
| 1632 | Domini |
| 1633 | caled. |
| 1634 | A |
| 1635 | G |
| 1636 | f. e. |
| 1637 | D. |
| 1638 | c. |
| 1639 | B. |
| 1640 | A. G. |
| 1641 | F. |
| 1642 | E. |
| 1643 | D. |
| 1644 | C. B. |
| 1645 | A |
| 1646 | G. |
| 1647 | F. |
| 1648 | E. D. |
| 1649 | C. |
| 1650 | B. |

# Catalogo d. algũs S.tos de guarda.

## Dezembro 31.

\# A Conceiçam de Nossa Snrã he de guarda aos 8.

\# Nossa Snrã do O, he de guarda aos 18

\# S. Thome Apost. he de guarda e de jejum aos 21

\# Dia de Natal he de guarda, e de jejum aos 25

\# Os 3 dias das oitavas sam de guarda

\# A 2.a oitava he dia de S. Joam Evangelista

\# Dia de S. Sylvestre se guarda de costume neste bispado aos 31

\# Dia de S. Fr.co Xavier aos 2.

## Janeiro.

\# A Circuncisam de Noss. Snro he de guarda ao 1.

A festa dos Reis he de guarda aos 6.

\# A festa dos Martyres se celebra nesta cid.e as mostr.as e S.ta Crus he de guarda na cid.e som.te ate o meio dia aos 16.

\# Dia de S. Sebastiam he de guarda aos 20

## Feuereiro. 28.

\# A Purificaçam de Nossa Snrã he de guarda, e de jejum aos 2.

\# Dia de S. Mathias Apostolo he de guarda e de jejum aos 24

## Março 31.

\# A Annunciaçam de Nossa Snrã he de guarda, e de jejum aos 25.

## Abril. 30.

## Mayo. 31.

\# S. Phelippe e S. Tiago Apostolos sam de guarda ao 1.

\# S. Crus he de guarda aos 3.

## Iunho. 30.

\# S. Ant.o he de guarda por ser na

todio do Reyno aos 19.
+ S. Joam Baptista he de guarda, e de jejum aos 24
+ B. Luis Gonsaga aos 21
+ S. Pedro, e S. Paulo sam de guarda, e de jejum aos 29.

## Julho. 31.

+ A Visitaçam de S. Maria he de guarda aos 2.
+ S. Tiago Apostolo he de guarda, e de jejum aos 25
+ S. Ignacio Fundador da Compa. aos 31.
+ A Raynha S. Isabel he de guarda aos 4.

## Agosto. 31.

+ S. Maria das Neves he de guarda aos 5.
+ S. Domingos he de guarda aos 4.
+ S. Lourenço he de guarda, e de jejum aos 10.
+ A Assumpçam de Nossa Sra. he de guarda, e de jejum aos 15.
+ B. Stanislau Kostca aos 14.

+ S. Bertholomeo Apostolo he de guarda, e de jejum aos 24.
+ S. Agostinho aos 28.

## Setemb. 30.

+ O Nascim.to de Nossa Snra. he de guarda, e de jejum aos 8.
+ S. Matheus Apostolo he de guarda, e de jejum aos 21.
+ S. Miguel he de guarda aos 29.

## Outubro. 31.

+ S. Symão, e S. Judas sam de guarda, e de jejum aos 28.
+ S. Fr.co de Borja aos 10.

## Novemb. 30.

+ Dia de todos os S.tos he de guarda, e de jejum ao 1.
+ Dia de S. André Apostolo he guarda, e de jejum aos 30.

## Festas mudaveis

+ Pascoa com 3 oitavas sam de guarda
+ Dia do Spirito S.to he de guarda

de costume com as oitavas e de
jejum.
\# A Trindade, e Corpo de Deos
sam de guarda

Hum anno tem 12 meses e sin
quoenta somanas e hum dia; e
trezentos e sesenta e singuo dias,
e seis horas.
Em 4 annos acrecentam
hum dia q̃ se o bisexto.
As 4 temporas sam 4ª 6ª
e sabbado depois do 1º domingo
da Quaresma.
Sam tambem depois do dia do
Spirito Sancto.
Depois de S.ta Crus que vem
aos 14 de Setembro.
Depois de S. Lusia que vem
a 13 de Dezembro.
O Advento comessa ao domin-
go mais chegado a S. Andre, e
q.do S.to Andre cair em domingo no
mesmo comessa o Advento.

[illegible]

## Setemb.ro

[illegible]

## Outub.ro

[illegible]

## Novemb.ro

[illegible]

# Dias

Em que por obrigaçaõ comun=
gam os nossos Irm.

## Janeiro.

1 Dia da Circuncisaõ com renovaçaõ
de Votos na Capella.

6 Dia dos Reys.

## Fevereiro.

2 Dia da Purificaçam de N. Snra.

5 Dia dos Martyres de Jappam.

24 Dia de S. Mathias Apostolo.

## Março.

25 Annunciaçaõ de N. Snra.

## Mayo.

1 S. Phelippe, e S. Tiago.

# Junho.

21. B. Luis Gonzaga.
25. S. Joam Baptista.
29. S. Pedro, e S. Paulo na Capella com renovação de Votos.

# Julho.

2. Visitação de N. Snrª
25. S. Thiago.
31. N. P. S. Ignacio de Loiola.

# Agosto.

5. N. Snrª das Neves.
10. S. Lourenço.
15. Assumpcam de N. Snrª.
24. S. Bertholameu Apostolo.

## Setembro.

8. O Nacimento de N. Snar
21. S. Matheus Apostolo, e Evang.
27. A Comfirmação da Comp.ª

## Octubre.

1. B. Francisco de Borja.
21. Onze mil Virgens
28. [redacted], e S. Judas Apost.

## Novembre.

1. Todos os Santos.
30. S. Andre Apostolo.

## Dezembro.

2. S. Francisco Xavier.
8. A Conceição de N. Snar.
18. Nossa Snar do O.
21. S. Thome Apostolo.
25. Dia de Natal.

27 S. João Evangelista.

Alem dos dias assima
Comungam os Irr.

Todos os domingos do anno.
Os dias de Jubileo na nossa Igr.ª
Terça feira das 40. horas.
Quinta feira de Endoenças.
A segunda Outava de Pascoa.
Ascenção de Christo N. Snor.
Dia de Corpus Christi na Capella.
Dia dos Padroeiros sendo de guarda.

BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA

27 S. João Evangelista.

Alem dos dias em que [illegible]

Comungam os Irm.[illegible]

Todos os Domingos do anno.
Os dias de Jubileu [illegible]
Terça feira das [illegible]
Quinta feira de [illegible]
A segunda Oitava de [illegible]
Ascenção de Christo N. Snr.
Dia de Corpo de Deus na Igreja.
Dia das [illegible]